

4243.

1347 d. 14 Sept.

PETER ERIKSSON upplåter åt Riddaren Nils Thureson sina och sina broderbarns gods i Betaby (på Öland).

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6. fol. 18 v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Petrus Erichsson, Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, tam posteri quam moderni me Nobili militi, domino Nicholao Twresson, omnia et singula bona mea et possessiones necnon et bona liberorum fratris mei Benedicti in Betaby sita, cum omnibus eorum adiacencijs, agris, pratis, pascuis, siluis, piscaturis, molendinis infra sepes et extra, prope aut remote positus, in siccis et humidis, nullis penitus exceptis, appropriasse, assignasse, et penitus dimisisse. Transferens in ipsum dominum suosque heredes, plenum proprietatis ius et possessionis dominium dicta bona possidendi, vendendi, permutandi, alienandi, et pro me meisque heredibus, et pro fratruelibus meis premissis et eorum heredibus libere ordinandi. Si vero premissa bona, aut premissorum aliqui [o: aliquid] impediri ab aliquibus contigerint [o: — gerit]. Extunc insolidum me promitto. quod dicta bona singula vt premittitur ipsi domino, suisque heredibus appropriari [o: — are] debeam. sine reclamacione cuiuslibet perpetuo possidenda. In cuius rei euidenciam firmiorem, sigillum meum, vna cum sigillo Eri Petarsson filii mei presentibus est appensum. Datum Anno domini M. CCC. XL. septimo. die exaltacionis sancte crucis.

Sigillan, båda lika (tre likarmade kors, 2 liggande, ett upprätt, i en sköld).

4244.

1347 d. 23 Sept.

PETER ULFSSON i Skäggesta pantsätter 4 örtugland i Hogslö i Kärrbo socken i Westmanland för 27 mark penningar, som den 11 November skola betalas till Notholm Eggardsson.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus petrus vltwson in skæggæstum salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi me discreto viro notholmo æggardtson III:or solidos terre in hoghslo parochie kæwr vesmannie pro .XXVII marchis denariorum vadiasse quam quidem terram de ipso pro V:que solidis terre in hamarby sudhermannie per me de domino nicholao preposito

---

Arosiensis dioecesis." Dessa påfliga tillståndsbref om rättighet för en antagen biktfaeder att utdela absolution "in articulo mortis" utfärdades efter ett bestämdt formulär och blefvo sålunda i påfliga Registraturet icke vidare inskrifna än som här ofvan synes. Ett dylikt fullständigt bref kan ses under N. 3716.